



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De presbytero qui pravis exemplis mala de se suspicari permiserit. clxxxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



conuerti concilium, & quæ putauerint habere iusta, pluri-  
 mis episcopis suggerant, eorumque discussiones ac iudicia  
 præstolentur. Si verò hæc paruipendentes molesti fuerint  
 imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum sari-  
 tionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus  
 periri.

*De presbytero qui prauis exemplis mala de se suspi-  
 cari permiserit. Cap. CLXXXI.*

*Ex cõcil. Agaten. cap. 4.* **S**I quis presbyter vitæ suæ negligens prauis exem-  
 plis mala de se suspicari permiserit, & populus ab episcopo  
 iuramento seu banno Christianitatis cõstrictus, in famam  
 eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defen-  
 derint, admoneatur primò seorsum ab episcopo, deinde  
 duobus vel tribus testibus. Si non emendauerit, in con-  
 uentu presbyterorum episcopus eum publica increpatione  
 admoneat. Si verò neq; sic se correxerit, ab officio suspen-  
 datur vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium  
 in eo scādalum patiat. Si autem accusatores legitimi  
 fuerint, qui eius crimina manifestis indiciis probare con-  
 tenderint, & ipse negauerit: tum ipse cum septem sociis  
 eiusdem ordinis, si valet, à crimine semetipsum expurge-  
 Diaconus verò, si eodem crimine accusatus fuerit, semet-  
 ipsum cum tribus excuset.

*De eadem re. cap. CLXXII.*

*Ex cõcil. Tribu-  
 riensi. cap. 21.* **S**I quis presbyter contra laicum, vel laicus contra pre-  
 byterum, aliquam habet querimoniam controuersiam  
 episcopo præcipiente, sine personarum acceptione finiam  
 Laicus per iuramentum, si necesse sit, se expurget: presby-  
 terò vice iuramenti per sanctam consecrationem inter-  
 getur: quia sacerdotes ex leui causa iurare nõ debent. Ma-  
 per quam corpus & sanguis Christi consecratur, iuramentum  
 to polluitur? Absit, quum dominus in Euangelio discipulis  
 suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus Ecclesia  
 dicat: Nolite omnino iurare. Sic autem sermo vester est  
 non, non. Quod autem his abundantius est, ex malo est.

*Si clericus aduersus clericum habet negocium ad secularia*

*non recurrat iudicia. Cap. CLXXXIII.*

*Ex cõcil. Chalced. cap. 9.* **S**I quis clericus aduersus clericum habet negocium,  
 deserat episcopum proprium, & ad secularia percurrat.